Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



I R

zelati iuuies et descendunt in occasione aut rex dominus exercituum nomen eius. Ve tibi moab uae peristi populus chemos quia captiui filii eius et filiae eius in captiuitatem. Et reducam captiuitatem moab in nouissimis dierum. Usque huc iudicium moab.

LIX

Super filios ammon. Haec dicit dominus numquid non filius est israel aut heres est ei. Cur igitur hereditate possedit melchom. Gad et populus eius in urbibus eius habitauerunt. Ecce dies uenient inquit dominus et audiam super rabbath filiorum ammon bellum clangoris et erit in congerem desolationis et filiae eius igni succendentur et possidebit israel possessores suos ait dominus. Vlula esebon quoniam uastata est ai. Clamate filiae rabbath accingite uos cilicis plangite et circumite per sepes quoniam melchom in captiuitatem ducetur sacerdotes eius et principes eius simul in gloria in uallibus. Deflue uallis tua filia delicata qui habitas in thesauris tuis et dicebas quis ueniet ad me. Ecce ego inducam super te terrorem ait dominus exercituum deus israel abomnibus qui

et eiecti fuerunt et dispersi sunt in confusione et non est qui reducat. Post haec reducam captiuitatem filiorum ammon dicit dominus. Super moab haec dicit dominus numquid non est in themen sapientia perit consilium prudentium. Fugite habitare in profundum habitatores dedan quia perditionem eius adduxi super eum tempus uisitationis eius. Si uindemiatores uenerint tibi numquid non relinquent paucos racemos. Si fures in nocte disperdent quantum eis sufficit. Ego autem denudauit esau. Reuelauit occultaria eius et non poterit abscondi. Perierunt semen eius et fratres eius et proximi eius et non erit. Relinque pupillos tuos ego faciam uiuere et uidue tua in me sperent. Haec dicit dominus ecce hi quorum non erat iudicium ut biberent calicem bibentes bibent et tu quasi innocens absque ultione eris non enim absque ultione eris quia gladium ego uocauit super habitatores terrae dicit dominus omnipotens. Quasi bozra in medio eius in ludibrio in maledictum in solitudinem omnes ciuitates eius erunt desertae usque in sempiternum. Auditum audiuimus a domino et legatus in gentibus missus est congregamini et ascendite contra eam et surgite ad bellum. Ecce parui dedi te in gentibus contemptibilem inter homines. Terror tuus seduxit te superbia cordis tui habitantis in cauernis petrae tenentis altitudinem montis quia extollis sicut aquilae nidum tuum inde detraham te dicit dominus. Et erit idumea in stupor omnis qui transibit per eam obstupescet super omnibus plagis eius. Sicut in euersione sodomorum et gomorrae et finitimarum earum ait dominus non habitabit ibi uir et non habitabit in ea filius hominis. Ecce quasi aquila ascendet et pertransiet alas suas super bozra erit cor fortium idumea in die illa erit cor uirorum eius sicut cor mulierum parientium. Et ecce ad petram idumea et ad montem esau. Ecce quasi paucos dedi te in gentibus contemptibilem tu es. Terror tuus seduxit te superbia cordis tui habitantis in cauernis petrae tenentis altitudinem montis quia extollis sicut aquilae nidum tuum inde detraham te dicit dominus. Et erit idumea in stupor omnis qui transibit per eam obstupescet super omnibus plagis eius. Sicut in euersione sodomorum et gomorrae et finitimarum earum ait dominus non habitabit ibi uir et non habitabit in ea filius hominis. Ecce quasi aquila ascendet et pertransiet alas suas super bozra erit cor fortium idumea in die illa erit cor uirorum eius sicut cor mulierum parientium. Et ecce ad petram idumea et ad montem esau. Ecce ego in multis populis et in regnis magnis ad praedandum spolium eius et ad diripiendum praedam eius quia in manu mea dedi te in manu eorum qui odierunt te et in manu eorum quos horruit anima tua et in manu eorum quos odisti propter multitudinem iniquitatis eius quia ecce ego in gentibus parui te contemptibilem inter homines